



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon  
Dialogus. Antonivs Dialogus. Activs Dialogus. Aegidivs  
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,  
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

**Pontano, Giovanni Giovano**

**Venetiis, 1519**

Mimica & theatralia parum facetis conuenire.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12960**

parebunt, tum frigida, hæc illis si defuerint, quæ suapte quidem natura lepida sunt & bella. Id tamen considerandum, aliam rationem esse debere facitorum atq; ingenuorum hominum, aliam mimorum, ac theatralium ludionum, in quibus interdum obscenitas ipsa, spurcatioq; cum scurrilitate, ac petulantia non commendetur modo, uerum etiã si absuerit, desideretur. Quo'circa in his ipsis immoderatiores qui fuerint, nimiq; imitatores, mimorum potius è numero habendi sunt, quàm facitoru, theatroq; ac spectaculis magis digni.

Mimici & theatralia parum facietis conuenire.

Nec uero imitatio tantum ipsa dum nimia quidem sit, fugtanda est, uerum etiã dicta quedam, quæ mimici sint potius, aut parasitici, q̄ ingenua, confessionibusq; ac sermonibus, de quibus dicimus, male conuenientia. qualia hæc ex Plauto, quæq; alia eorum similia, Qui edisti, multo fecisti sapientius. qui non edisti saturi fite fabulis. Item, Dū ludi sunt in popinam pedisse qui irruptionem facite. Delectant hæc populum, suntq; mirum in modū auribus populariū apta, et ad inuitandum risum, et ad detinendum spectatores in subsellijs, seu ne satietate afficiantur, seu dum pati nequaquam possunt spectandi morã. Quid illud quàm festiuum, quàm ridicularium? Vn noctuã afferri, quæ tu tu usq; dicat? Et, Assum apud te eam. At ego elixus sis uolo. Delectant hæc mirifice, quid enim histrionia popularius? Ac fieri quidẽ potest, ut quandoq; quanquam rarenter in ore tamen ingenui, ac faceti uiri commendentur hæc eadem, quæ suapte natura omnino tamen dedeant. At hoc & populare admodum, & theatricum, Digtos in manibus non habent. Quid iam? Quia incedunt cum anulatis auribus. Et illud, Perpetuon ualuisi. uarie. Caprigenū hominum non placet mihi, neq; pãtherinum genus. Hæc inquam, quæq; huiusmodi sunt, uel suauissimum esse condimentum uideri, ac iure quidem possunt relaxationum earum, quas ipsi quærimus, quæq; ut quæramus, natura ipsa & hortatur & commonet.

E' silentio interdum risum gigni.

Dicere uix quidem ausim, dicam tamen, nec parum quidem libenter, etsi facetus uir in dictis, responsisq; decenter uer satur, ad iocum quidem, honestamq; ad relaxationẽ ac quietem accommodatis, tamen ipse quandoq; uidi mirificam excitari risum, suauissimamq; gigni recreationẽ